

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **De Vetere Clerico, Monacho, Clerico-Monacho, Libri Tres**

Primus veterem habitum: Secundus conuictum ac disciplinam: Tertius honores ac priuilegia describit

De Clerici, Monachi Vetere Institvto. Liber Primvs - Distinctus in tres Partes. In quibus, praeter veterem eorum habitu[m], multa quoque inserta de veste veterum laicorum. Breuiterq[ue] explicata singulorum origo, & antiquitas.

**Landmeter, Laurentius**

**Lovanii, 1626**

Cap. VI. Indecorum viro comam alere. notabile super è re Gottefridi Episcopi factum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11007**

## CAPVT VI.

*Indecorum viro comam alere. notabile super  
eare Gottefridi Episcopi factum.*

**D**e pilleo transeo ad Comam. Hæc e-  
nim se primùm offert in aperto ca-  
pite. De virili comâ generatim docuit A-  
postolus: *Vir si comam nutriat ignominia  
est illi.* Vbi noto ex communi Interpretu-  
m, neque hoc loco, neque superiore,  
adlegare Apostolum præceptum aliquod  
iuris naturæ aut diuini positiui; quo obli-  
getur vir aut reuelato esse capite, aut de-  
tionsâ comâ: sed tantum indicare, quid  
quemque sexum, (quando aliud necessi-  
tas aut ratio non suadent) iuxta naturæ in-  
clinationem magis deceat. Quâ tamen  
Vide  
Rhod.  
Ls. c. 29. non obstante, multis gentibus mos fuit, vi-  
ros comam promittere. Inde nomen Gal-  
liæ comatæ. Et apud Romanos ante tem-  
pora Scipionis Africani, ignoti tonfo-  
res: Semper tamen ubiuis gentium pro-  
bro datum, comam calamistrare. Contra  
hanc

hanc mollitiem est illud Scripturæ, Non Lxxit. 19  
*attondebitis in rotundum caput vestrum.*

Quid enim sibi velit hæc prohibitio ex-  
 presserunt Interpretes septuaginta, qui  
 vertunt: *Non concinnabitis caput vestrum.* Synesius  
Encomio  
caluitie.  
Eg. Rho-  
dig. 1.8.e.  
29.  
 Infame enim & fornicem redolens; quia  
*nemo comatus* (inquit Synesius) *qui idem*

*Talia lasciuæ faciant, concede, puella,  
 Aut si quis male vir, querit habere virū.*

Est in hac re notabile factum Godefridi Surius  
 Ambianensis Episcopi. Conuenerat Au- & Mo-  
domaropolim Robertus Fladriæ Comes,  
Nouemb.  
 Dux itineris Hierosolymitani, comitanti-  
 bus vtriusq; ordinis proceribus. inter quos  
 iste Gotefridus: petijt Comes ab eo offerri  
 sacrificium in Christi natâli die. Fecit. Post  
 lectionem Euangeli, cū iam ventum esset  
 ad oblationem, vir Dei omnium dona re-  
 iecit, qui instar muliercularum intonsâ e-  
 rant comâ. Quo facto permoti, & cognitâ  
 Antistitis autoritate, certatim gladijs &  
 cultris sibi capillū abscindebant. miseros se  
 existimâtes, si ob comâ, tati viri benedic-

C 2 tione

20 DE VETERE CLERICORVM  
tione priuarentur. Et in Actis S. Sebastia-  
ni de Torquato mentiēte se Christianum,  
dixit Tiburtius ad Iudicem Fabianū, *Cre-*  
*disne, vir illustrissime, hunc Christianum, qui*  
*in corporis sui lenocinio moliendo capitifim-*  
*brias admittit? qui tonsorem diligit? qui sca-*  
*pulis molliter gestit? nunquam tales pestes*  
*Christus dignatus est habere seruos suos.* Sed  
hæc parerga sunt, redeo ad comam Cleri-  
corum. De quâ Anicetus Papa ex aucto-  
ritate & institutione Apostolicâ statuit.  
*Ne Clerici eam nutriant, (intelligo more*  
*muliebri) sed caput desuper in modum sphæ-*  
*rā radant.* Et est recepta Catholicorum  
sententia, Coronam Clericorum manare  
ab Apostolico instituto.

## C A P V T VII.

Rationes plures hic allegatae Corona Cleri-  
calis, ac data satisfactio quibusdam dubi-  
tati uncultis.

in Gem-  
mia ani-  
me. c.  
194.

**R**ACTIONES huius eoronæ apud va-  
rios varia. Honorius Augustod. pri-  
mam